Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

RIAS

et dixit ad me. Numquid nescis
que sunt hec. Et dixi. Non domi
ne. Et respondit et ait ad me di
cens. Hoc est uerbum domini ad
zorobabel dicens. Non in exercitu
nec in robore sed in spiritu meo di
cit dominus exercituum. Quid tu
mons magne coram zorobabel
in planum. Et educet lapidem pri
marium et exequabit gratia gra
tie eius. Et factum est uerbum
domini ad me dicens. Manus zo
robabel fundauerunt domum
istam et manus eius perficient eam
et scietis quia dominus exercituum
misit me ad uos. Quis enim despe
xit dies paucos. Et letabuntur
et uidebunt ~~stagnum~~ lapidem stag
neum in manu zorobabel. Sep
tem isti oculi domini sunt qui dis
currunt in uniuersam terram. Et
respondi et dixi ad eum. Quid sunt
duo olime iste ad dexteram cande
labri et ad sinistram eius. Et res
pondi secundo et dixi ad eum. Quid
sunt due spice oliuarum que sunt
iuxta duo rostra aurea in quibus
sunt septem infundibula ex auro. et
dixit dominus ad me. Numquid
nescis quid sunt hec. Et dixi
non domine mi. Et dixit. Isti
sunt duo filii olei splendoris qui
assistunt dominum uniuerse tre

V

Et conuersus
sum et leuaui oculos meos
et uidi. Et ecce uolumen
uolans et dixit ad me. Quid tu
uides. Et dixi. Ecce ego uolu
men uolans longitudo eius xx.
cubitorum et latitudo eius decem
cubitorum. Et dixit ad me. Hec
est maledictio que egredietur super
faciem omnis terre. quia omnis
fur iuxta scriptum est ibi iudica
bitur et omnis iurans similiter in
dicabitur. Ex hoc ducam illud di
cit dominus exercituum et uenet
ad domum furis et ad domum iu
rantis in nomine meo mendacii
et commorabitur in medio domus
eius et consumet eam et ligna ei
et lapides eius. Et egressus est an
gelus qui loquebatur in me. et
dixit ad me. Leua oculos tuos
et uide. quid est hoc quod egre
ditur. Et dixi. Quid nam est.
Et ait. hec est amphora egredi
ens. Et dixit. Hic est oculus eo
rum in uniuersa terra. Et ecce
talentum plumbi portabatur et
ecce mulier una sedens in medio
amphore et dixit. Hec est impie
tas. et proiecit eam in medio am
phore et misit massam plumbeam
in os eius. Et eleuaui oculos
meos et uidi. et ecce mulieres due
egredientes et spiritus in alis ea
rum et habebant alas quasi milui
et eleuauerunt amphoram inter
ram et terram. Et dixi ad angelum
qui loquebatur in me. Quo
iste deferunt amphoram. Et di
xit ad me. Vt edificetur ei domus
in terra sennaar et stabiliatur et
ponatur super basem suam. Et
conuersus sum et leuaui oculos

147